

Programma Publice propositum a Decano & Collegio Theologico in Universitate Rostochiensi Super Funere Theologi celeberrimi ... Dn. Joannis Quistorpii, Doctoris, in hac Universitate Professoris emeriti ... Collegae sui desideratissimi

Rostochii: Kilius, 1648

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn748728945>

Druck Freier  Zugang



VIII

Contenta huius Libri.

1. Leisclage D. Conrad. Dieteric. in funere Glorios. R. Svecor.
2. Elag-Bedigt metrice in obitum eiusdem
3. Lesus Academia Rostockensis sup obitum eiusd Regis.
4. Fama posthuma Gustavi Adolphi S. R. consecrata à Steti-
nentibus.
5. Militans et Triumphans gloriosus Impator Gust. Adolphus ex
Autore Henrico Giseberto. Pomeran.
3. phil. l. v. 21. Consus istuciu Labu, in funere principum In. Dr.
Georgii et Wilhelmi Ducum Brun. et Lun. p D. Michael.
Waltzer.
4. Wir Wissen. Is Deuon. Rom. 8. v. 28. In funere Illustrissime
Principis Anne Sophie Luise Brun. et Lun. e' domo Bran-
deburgica. p D. Hedoren Mithobium. etc. Obiit 1699. m.
iussu
5. Memoria secularis B. Luberi. H. de Fonte Hornbusiano
A. 1646. M. Matthaei Lungkitti. Rochitz. etc.
6. Sisten d'fule od. von D'zirtai feld, Weid v. Darlan
firtou. Dom. Miseric. ^{10h. 10.} in obitu D. Nicolai Hummiz.
p M. Michaelen Firicium.
7. 1 Sam. 25. v. 1. v. Samuel starb. etc. In obitu D. Jos. Bedriui
et D. Levini Poudenii in Acad. Regiom. p M. Georg. Nelt. Silling.
8. Programma in obitum Catharinae D'umratds. Matthei
D. Iohan. Grifforpi. **J. P. 1145' - 21.**

<R>

8. Eph. c. 5. 6. Der grawft Raupt Umb. p. in obitu
 Dn. D. Joh: Wistorpi. etc. cum Epicedis.
 Item Conjugis Barbara Domannia.
9. Bonum certam certamen 2. Tim. 4. 7. 8. in obitu
 Rti Dn. Georg. Rostu, concion. Aulici in Lyps. p. M.
 Cap. Wagner.
10. Y. 31. v. 6. In deins Jendz in obitu pastoris M. Frid. Schallers.
 In Bremsam p. Jos. Wolfgang Rueschen. A. 1633.
11. Y. 1. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. In obitu M. Christoph. Ayzcol.
 past. In Mittalo p. paulum Endorn Jupint. Curland.
12. Sap. 4. v. 7. usq. 15. Aber D. grawft. in funere Dn. Reinert
 Brochmans, past. in Estland. A. 1647.
13. J. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. In obitu
 Nob. Henning von Jristo. W. p. M. Jos. Walther.
14. Sap. 3. v. 1. In obitu pueri in aqua suffocati. In Bendor Esfol.
 in H. satia. A. 1638.
15. Sap. 4. d. 7. 15. Blace Duns D. Gals. D. Lutzeman.
16. Act. 14. v. 22. De calamitate. In obitu Conjugis Nob
 G. Henfeld. p. Pippocium. A. 1613.
17. Valetpredigt ex fac. 1. Nemet Is Lort Crist. p. Paulin
 Geniss.

Sess Manfredus S. Julliusen. Falt Boulay. mit Fr
Juliana yban gräfin zu oldenbuz. zu Wolfbutte
A. 1652. 31. od.

18. Valet v. Sagenprädigt ex Act. 20. v. 17. v. ad frem.
19. Salve Hamburgiacum ex C. l. Jona p. M. Valentin Wüchrian.
20. Vale paracimicum ex Galat. 6. v. 14. - 18. p. M. Melesiozem Cramerium.
21. Translocatio Ministorum Verbi divina Luc. 17. 11. f. M. Martin Strackerian.
22. Anzugprädigt Luc. 7. 11. - 18. p. eundem M. Martinum Strackerian.
23. Hoflein Krugß es niesz p. Jos. Risten
24. Jos. Heermans abmahnungß Schrift. v. d. f. kindliche ansußer
v. Sarnitz erfolgte väterlicher trost und l. Schrift.
25. Prädigt von grauel d. d. k. r. l. t. ung. Evang. Dom. 25. Dritt. per
M. Michaelen Sirecht, Pastorem Lübecensem
26. Tyllischer vorbaritung zum Singen zu seinen Vater, unbr
den Römischer Jubilate v. spanischer Cantate über d. d.
Mandabüchiger Eulate post vocem jucunditatis.
27. Wüchziger Orantz und Marten v. d. d.
28. Prophecia sup. cap. 38. Ezech. p. M. Joas. Raedel Gistruvier
29. grübeliger hausschrift trakt Gottes v. d. d. v. d. d. p. Andrea Lauterbach
30. grübeliger perspectiv. p. M. Ludovicum Giffenau.
31. M. Joas. Schroderi speculum patientiae eorum Mahnungß p. d. d.
32. Evangelischer trost ex Artig. 10. Aug. Conf. et Carta Domini
4. 103. M. Philip. Hartman, cum a juda eia. cabera aurea. Stralesit
33. Instrumentum Pacis. Osnabrück d. 27. July, A. 1648.
34. Züßzug vom 30. jährigen Fringe.
35. Bericht v. lio Carolo 2. Anglio Rex vom regiment v. d. d.
cum diablis orationibus de ead. d. d.
36. M. Jos. Micralius in obit M. Henrici Kielman. cum ad,
jüchis carminibus in obit. ead. d. d.

Fürstlicher Ge-segen, Das ist: Eine Hochzeit Sermon
 genommen auß dem Hochzeitlichen Wunsch, so über
 die Wunderbare Hochzeit des Gottfürchtigen Isaacs,
 und der Gütigen Rebecca außgesprachen im 1. Buch
 Moses 24. v. 60. Und bey Hochzeithlichen Für-
 stlichen Vermählung des Fürstl. Hochz. P. v. P. P.
 Rudolfs August. P. v. P. v. L. mit dem
 Fürstlichen Brautbräutigam Christiana, Elisabeth Gräfin
 J. 1650. 10. N. D. Joach. Zucherman: D. v. v.
 D. e. Gratissimum

Promissus mittend. So hat die Simliche Einfluß auß
 diesem miß nicht wollen so günstig sein, da ex abstrahto
 miß etwas nach meinem Wunsch selts mögen zu lassen. Sol.
 te ist nun die Hochzeit Sermon also außspitzen, wie ich
 außgesprachen so gelobt miß nicht. Solte sich herunder
 So waser ab nicht die C. G. B. B. gefaltene Hochzeit-Sermon.
 was bey diesem das beste was, kan mit dem Günstig
 abgedruckt werden, und herüber ist dieses dieselbe
 für Menschlichen augen ist ansehen. Die Gott was 23. wird
 nicht herausgeben bleiben, dan ich glaub und traw, daß
 Gott der alle konnet, in seinem Vaterlichen Gütigen auß
 ein gedankmaß so wie beizalogen haben, Menschliche
 augen aber geses so nicht miß. G. P. C.

Ms. 26.

 1447
 114

44. 6.

98

87

24

28

38

40

79

172

72

26

22

9

10.

11.

12.

18.

19.

20.

22.

23.

24.

25.

26.

27.

J.C. 1145¹-25.

9. 8a
PROGRAMMA

Publicè propositum

â

DECANO & Collegio

Theologico in Univerſitate Rostochienſi

Super Funere

Theologi celeberrimi

Viri pl. Reverendi & Excellentissimi p. m.

DN. JOANNIS

QUISTORPII,

Doctoris, in hac Univerſitate Professo-

ris emeriti, Theol. Facultatis Senioris, & R.

Ministerij Rostochienſis Super-
intendentis

Collega ſui deſideratiſſimi.


✽(o)✽



ROSTOCHII,

Typis NICOLAI KILII, Acad. Typogr.

ANNO M, DC, XLVIII.



DECANUS

HERMANNUS Schuckman /

Theol. D. & Profess.

Suo & Collegij Theologici nomine, Lecturis
salutem.



Mnes in communi luctu versamur:
Nec est, quod de causâ quæris. Occidit
QUISTORPIUS. ! Occidit inopinato
licet, propitio tamen fato. Jactura gra-
vis, eaq; fat citò facta, non tam citò nec
tam facile reparabilis, si speranda reparatio! Virum
amissum, non obscuro, sed illustri, & quoad progredi hic
Theologo licet, summo loco positum, cujus nomen non
urbis concludunt & Provinciæ hujus fines: admirantur
idem in exteris dissitisq; oris, ubi id inclaruit famâ
pariter & scriptis, Eruditorum haud pauci. Bonum amissum
rectius subindè æstimabimus, quò magis carere nos
eo intelligemus. QUISTORPIO extincto, eruditionis
illud lumen extinctum; hoc arescente, exaruisse calami
linguæq; flumen, sepulto hoc sepeliri simul acuti judicij
& tot insignium donorum thesaurû, non illiberaliter nec
immeritò fatemur. Vix ordo apud nos est, nec adeò ex
iis, qui urbem hanc incolunt, multos esse arbitramur,
ques tristis ille de obitu QUISTORPII isq; inperatus
nuncius, non affecerit, si non concusit. Maritum eheu!
vidua, Parentem liberi, Pastorem Ecclesia, Superintenden-
dentem Reverendum Ministerium, Antecessorem alma
mater Academia, Præceptorem discentes, Seniores
non

9.
non annis tantum sed re & consilio talem Facultas nostra, Patriæ amantem & communis salutis cupidum Patria, Evergetam pauperes, Patronum plurimi, plurimi amicum desiderant, (ut verbo complectamur omnia,) fidelem, desiderabilem: Vulnus, quod accepit vel unum Collegium nostrum ex tanti viri obitu, quibus exprimamus, verba in recenti mœrore non suppetunt. Quantum ab illo decesserit decus, fulcrum, columen, decedente QUISTORPIO, advertemus in posterum toties dolentes, quoties aberit deliberationibus nostris QUISTORPIUS. Neq; uno nomine venerando Seniori nostro, nunc piè defuncto, nec uno officiorum genere, obstrictos nos profiteamur. Suum quolibet debitum solvente, qui partem sibi in QUISTORPIO vendicat, nobis quoq; solvendum est, quod debemus. Honorificam ipsius memoriam grati, ut fas est, conservabimus, & pro hâc conservandâ vitæ mortisq; historiam nunc porro subijciemus. Natus est D. JOHANNES QUISTORPIUS p. m. hic Rostochi Anno 1584. die 18. Augusti intrâ 5. & 6. matutinam Patre JOACHIMO QUISTORPEN Cive honesto & industrio, Matre CATHARINA Dumrahys piâ matronâ. Deindè in fœdus gratiæ receptus & membrum corporis Christi Mystici per Baptismum factus, honestè item à parentibus educatus, & triviali Scholæ, in primis verò M. NATHANIS CHITRÆI & PAULI TARNOVII post Theologiæ D. & Academiæ hujus Professoris p. m. institutioni commissus puer est. Qui quidem ludi literarij moderatores, ex quo maturè in QUISTORPIO nostro felix ingenium & aptum ad studia liberalia se ostendit, eidem ut ad altiora pergeret, autores extite.

runt. Rostochio ablegatus est Berolinum, ibiq; per triennium Scholam frequentavit. Berolino relicto, annum vixit in Academia, quæ est Francofurti ad Oderam. Inde, postquam obitum patris sui cognovit, reversus est Rostochium anno 1604. & hic docendo Philosophiam, à quâ gradum Magisterii suscepit, & per vices disputando, septem annos absolvit. His exactis operam suam, addixit NICOLA O RITTERO Patritio Lubecensi, ejusq; studiorum & morum moderator factus, duxit eum in Hollandiam, Flandriam, Brabantiam, & harum provinciarum Academias celebriores. Peregrinatione hæc biennio confectâ, rediit in patriam; cumq; eminentes animi ipsius dotes & præclaram eruditionem, præsertim quod studio Theologico se devoverat, perspectam haberent Amplissimi Viri Dn. D. JOHANNES DOMANNUS, hujus & reliquarum civitatum Anseaticarum Syndicus celeberrimus, Dn. VINCENTIUS GLADOVIUS Consul & D. JOHAN-ALBERTUS Gryphius Syndicus & Senator hujus urbis, à quibus in intimiorem amicitiam receptus fuerat, factum est, ut Anno 1614. die 2. Maij (qui dies nunc ipsi emortualis fuit) ad Theologiæ professionem vocaretur. Spartam hanc priusquam exornaret, placuit ipsi in antecessum præcipuas in Germaniâ Academias, Lipsiensem Wittebergensem, Jenensem, Marpurgensem Giesensem, Altorfinam, Heidelbergensem, Coloniensem, Argentoratensem, & eam quæ Basileæ est, juxta cum aliis illustrioribus Germaniæ locis lustrare. Isto proposito consummato & ita redux factus, accinxit se, Anno 1615. ad demandatum munus professorium, quod per 34. annos tantâ cum diligentia obiit, ut ne minimæ negli-

9.
negligentiæ incusari posset. Fasces Academicæ regiminis
decem & unâ vicibus Rector tenuit: Primum quidem
magistratum eodem anno gessit, quo professionis labo-
res exorsus est, ultimum verò antè paucos dies depo-
suit. Professioni conjunctum fuit Anno 1616. die 30.
Aprilis Officium Archidiaconi Ecclesiasticum in tem-
plo Mariano; Et huic successit Pastoratus, ad quem eve-
ctus est Anno 1645. die 7. Octobris, ac postea die
5. Decembris ejusdem anni publicè inauguratus Eccle-
siæ & R. Ministerij apud nos Superintendens. In his
muneribus quos quantosq; labores sustinuerit (siqui-
dem indefessæ sedulitatis, plurimæ lectionis & improbi
laboris vir erat) etiam pro tranquillitate & salute Ec-
clesiæ Scholæq; oppidanæ, cui inspector erat datus,
cum primis pro informandâ ex fundamentis Christia-
nismi & principiis Catecheticis, juventute pariter ac ru-
di plebeculâ, quanto perè dies noctesq; vigilaverit, pu-
blica vox locuta est, & viva quæ extant, testimonia do-
cent. Matrimonium contraxit cum virgine lectissimâ
nunc vidua mæstissima, matrona optimâ BARBARA
Domans / STEPHANI DOMANNI J. C. &
Advocati Osnabrugensis, itemq; Alheit Appelbohms
filiâ, antè dicti D. DOMANNI nepte ex Fratrem. Nu-
ptias cum illâ celebravit noster QUISTORPIUS An-
no 1616. 3. Octobris, eodem illo die, quo gradum
Doctõris in Theologiâ conscendit; Conjugium hoc fuit
32. annorum, placidum & divinitus benedictum. Liberos
ex dilectâ suâ Conjuge suscepit 10. filios nempe duos,
quorum minor natus Joachimus, Puer è vivis discessit;
major natus M. JOHANNES QUISTORPIUS
Professor in hac nostrâ Universitate designatus.

hoc tempore Hagæ in Belgio commoratur ; & octo filias , quarum duas maturè ad se recepit vitæ ac mortis Dominus. Prima ex superstitibus CATHARINA, Viro Reverendo & Excellentissimo Dn. THOMÆ LINDEMANNO Professore quondam hujus Universitatis, nunc Ecclesiæ Teutonicæ , quæ Hafniæ est, Pastori. Secunda MARGARETA Dn. JACOBUS Schoffen/urbis hujus Secretario. Tertia BARBARA, viro Reverendo & Clariss. Dn. M. NICOLAO RIDEMANNO verbi divini ad S. Mariæ apud nos ministro. Quarta ANNA Dn. MARTINO Gerdesen Civi hujus urbis Negotiatori & Cerevisiario industrio , felicibus conjugii copulatæ convivunt. Et ex his piè defunctus noster QUISTORPIUS, Nepotes & neptes sedecim vidit. Reliquæ duæ filiæ MARIA & Engel in Virginitate adhuc agunt. Hæc de vitæ cursu maximā partem dicta. Morbus quem aliquot jam menses D. QUISTORPIUS sat difficilem & in incessu præsertim molestum sensit , & quo ingravescente ac sæpius incurrente præter spem & opinionem extinctus est, asthma fuit Scorbaticum. De exitu vitæ, qui optimus fuit, hæc relata sunt nobis. Vocatus à Reverendiss. Illustriss. & Celsissimo Principe ac Domino Dn. ADOLPHO FRIDERICO Duce Mecklenburgico &c: Domino nostro clementissimo, D. QUISTORPIUS, venit in arcem Dobbranensem die 28. Aprilis sed vesperi: & postero die ad obeundas hic officii Ecclesiasticæ partes clementer dimissus est: peractis illis, prout voluerat Illustrissimus Princeps, rediit in Dobbranum: adfuit primo Maii circa meridiem Illustrissimæ Principis nostri Celsitudini, quæ peculiari colloquio gratiosè dignata eum est. Tertiâ

tiã pomeridianã recipit se D. QUISTORPIUS in ædes
 Viri Reverendi Dn. M. PETRI ~~Edelin~~ Pastoris Ec-
 clésiæ Dobbranensis, hospitis sui, & sumptã coenã ad so-
 mnum se componit, hoc animo ut denuò sequenti die,
 Reverendissimo principi humilimè adesset. Dixit au-
 tem exhorrescere se noctem instantem, quod cogitaret
 de doloribus, quos priori nocte senterat. Dormit tamen,
 sed mediã nocte inter 12. & 1. horam novo morbi sui pa-
 roxysmo corripitur. Audiens gemitus & suspiria ipsius
 Pastor offert se ad operam, quamcunq; posset, præ-
 standam. Ipse Respondet, moriendum sibi esse, seq;
 nihil nisi preces expetere. Commendavit itaq; animã
 suam Christo his verbis, (quæ identidem usq; ad finem
 vitæ repetijt) *Herr Jesu dir befehle ich meine Seele.* Mo-
 nitus postmodum à Pastore, ut eundem Jesum, quem
 aliis toties prædicasset, firmã fide teneret: Respondit, nō
 esse de hoc dubitandum, se tenere illum corde suo firmi-
 ter. Deindè, ubi paulisper remittere dolores viderentur,
 non nisi preces fudit, & inter alia subinde hæc
 ingeminavit *Herr Jesu erbarm dich mein / Herr Jesu hilff /
 Herr Jesu in deine Hände befehle ich meinen Geist.* Tan-
 dem superatis doloribus eisq; vehementibus, inter
 2. & 3. matutinam annum agens 64. piè in Domino ob-
 dormivit, usq; adeo ut dictus Pastor Dobbranensis simi-
 lem se sibi optare mortem, uti accepimus, aliquoties di-
 xerit. Itã expiravit emeritus noster Senior, Theologus
 à rixis & fastu alienus, pluribus utilis, ad informandum
 & juvandum promptus, nec in suos tantum, matrem, fra-
 tres, sorores ad exemplum Josephi beneficis, sed & de-
 fervandis ac sustentandis hæc imprimis tempestate bel-
 licã exulibus egenis, miseris, multum sollicitus. Scripta
 quæ

quæ edidit, præcipua sunt, Commentarij in Epistolas Pauli, in Thren. Jerem. in Nahum. Quatuor Novissima Tractat. de Conscientia, præter Polemica & Notas Biblicas, quæ Francofurti impressæ, prostabunt. Hæc tua laus est venerande QUISTORPI.

Ipsè juras alios, consumeris ipse juvando,

Fax aliis lucem præbet, & illa perit.

Peccator quidem fuisti, nec immunem te à peccatis censuisti, sed redemptorem quæsivisti & invenisti. Nos manibus tuis beatum ex hac vitâ, quem percepi-
mus, discessum gratulamur: sit tua in benedictione memoria! Deum verò ex animo precamur, ut vulnus, quod infligit viduæ, liberis, propinquis, Ecclesiæ, Academiæ, patriæ, ipse sanet, nosq; omnes pro suo beneplacito piâ migratione propter Christum beet. P. P. Rostochl, sub sigillo Facultatis Theologicæ
die 5. Maij Anno 1648.



In Effigiem Fairfax!

Anglorum Phocas, Sotorum Sylla, piorum
Sceptrorum Brutus, sed Catalina gregis.
Clodius in templis, celi Mezentius, armis
Ajax, consiliis et farsitate Simon.
Appius in civis, sella pompeius equestri
In patris diris Cornelianis agros
Proditor, occisor, Herostatus, impius alter
Crine, niger factis, ense maniqz ulcor.
Hostis communis, Dominus Violentus et Altor
Absqz Vro, iudex sed gladius eques.
Prodigium mundi, Monstrumqz et Terror honesti
Signifer inferni, fronte sub hac lateo.

Thomas Fairfax generalis exercitus Anglicani.

Mirare tacitis fata quo pergant vide.

Thomas Fairfax. Anag. Fax erit famosa


Ferri Fax erit hac Patria famosa, salutem

Henr. 8.
Mars
Rex

Civibus ense suis, exitumqz ferens.

puer, ^{Mitao} Alecto, ^{Ja. 6.} virgo, ^{car. 1.} vulpes, Leo, Nullus.





em Gog vnd MaGog.

folgendes in die Marcke / vnd in die ande-
ndern streiffen / biß ihn G. D. mit Feuer
Himmel vertilgen wie vnser Prophet am
nd im folgenden 39. den Vntergang des
g beschreibet / vnd für vielen Jahren von
Nücten vnd anderen mehr prognostici-
hat M. Johan Lichtenberger den Pfaltz-
ausdrücklich den Ort ernennet / da der
Jammers vnd Trawrens / denn er vns
r werde müssen entlich auffaffen vnd er-
n er im 26. Capittel seines Buchs diese
t. Wo die deutschen Fürsten nicht wer-
grossen Adeler / vnd vnter sich einlendi-
wirdt der Türcke kommen / vnd wirdt
Iota bene daß er Pohlen voran setzet)
/ Hessen / Preussen / vnd wirdt in Pi-
abandt vnd Flanderen ; Aber bey dem
ollen wird er vmbkommen vnd erwür-
Christgleubigen nehmet das zu Her-
miret er. Vnd abermal spricht er ; es
n / daß die Agareni / das sein die Türcken /
Teuschlandt werden versamlet werden /
innehmen 8. Jahr lang / vnd ihre Reise
reise genandt werden / vnd sie werden
erwüsten / vnd die Priester werden sie in
eiligen Städten erwürgen / daselbst wer-
rn schlaffen / vnd auß den heiligen Befes-
Reichen in den Kirchen / werden sie trin-
werden sie an der heiligen Gräbere hin-
irchen werden sie Pferd Ställe machen
ymb